



Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Centuria quatuordecim illarum ex iure liberae auctoritate quas praesentavit Petro Leopoldo. J. V. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quae praesentavit Heinrico Bocero J. C. pro Doctoratibus in utroque Jure in signum gratiae publicae disputationi subiecit Georgius Wolfgang Dilbmannus, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris praesentavit publicae discutendae proposuit, Christophorus Treibisig J. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio. Witteberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesentavit Christophoro Besoldo. J. C. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger. Tubingae.
5. Diss. de Jure Statutatio praesentavit Johanne Gyphandro J. V. D. defensa a Georgio von Brey, Asteuburg. Tuberae. Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis, praesentavit Heinrico Bocero, J. C. proposita a Daniele Ranton. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione, quas eodem praesentavit Dominicus Wrog, iure insignitum sequendum causa publicae censure subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesentavit Petro Theodoro J. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque Jure sequendo discutendas proposuit M. Georgius dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus, praesentavit Johanne Harprecht. J. C. pro summo in utroque Jure gradu sequendo publico examini submissa a Georgio Langen. ibid. Tubingae.



30  
CUM DEO  
SYNOPSIS  
DONATIONVM  
TUM IN GENERE TUM  
IN SPECIE, 35. CAPITIBUS SEU  
thematibus distincta,

QUA

*Pleraq; in materia Donationum occurrentes  
questiones controversæ pertractantur,*

CLARISSIMO AC CON-  
SULTISSIMO VIRO DN. JOHANNE  
MICHAELE BEUTHERO Jcto, PRO TEM-  
pore Rectore Magnifico, Antecessore Ordinario, Codi-  
cisq; P. P. in illustri Athenæo Alsatico celeberrimo &c. Præsidente,

PUBLICÆ  
EXHIBITA ad ventilandum

ab

Andrea Franckenberger Wittebergensi.

*Mense Februario*

In Auditorio novo.

ARGENTORATI,  
Typis JOHANNIS CAROLI.

M. DC. XV.





SERENISSIMO PO-  
TENTISSIMOQVE PRINCIPI  
AC DOMINO

DN. JOHANNI GEORGIO  
SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MON-  
TIUM DUCI  
SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMAR-  
SCHALLO ET ELECTORI  
LANTGRAVIO THURINGIÆ  
MARCHIONI MISNIÆ  
BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI  
COMITI DE MARCA ET RAVENSBURG  
DOMINO IN RAVENSTEIN &c.

*ALUMNO MVNIFICENTISSIMO OPT.  
MAX. ob concessionem quinquennalis stipendij  
aliaq; in se suosq; clementissimè collata beneficia  
hanc de DONATIONIBVS concinnatam  
SYNOPSISIN animo humilimo gratissimoq;*

D. D. D.

Andreas Franckenberger  
Wittenbergensis.

*Auctor & Respondens.*



# PROLOQUIUM.

**Q**uanquam non sit penitus de nihilo, quod Vir quidam clarus scriptum reliquit, nempe materiam Donationum olim quidem valde frequentem & cotidianam, nostris verò temporibus unà cum liberalitate Donationem ferme extinctam, mentes hominum avaricia occupante: eam tamen hodieq; in foro versari nemo facile inficias ibit, qui vel mortis causa Donationes, itemq; propter nuptias, ut & dotalicia saltem ob oculos sibi collocaverit. Ea propter nec oleum nec operam perdere videbimur, si naturam Donationis pro ingenij viribus expendimus, ac themata nonnulla publicè ventilanda de eadem exhibuerimus.

## T H E S I S

### Seu Caput I.

Definitio Donationis &c.

**V**I haud abs re initiò quæritur, cuius Juri Donatio adscribenda? Et licet complures eam Juris gentium esse contendant, nos tamen formam suam à jure civili eam habere evincemus. Est itaq; donatio actus juriscivilis (vel, ut alij volunt, modus acquisitionis civilis) quo quis animo donandi aliquid juxta legum præscriptum in quem confert: fitq; aut. 1. Pollicitatione, & ita *μολογησῶς* ex Ulpiani sententia: aut 2. traditione, stipulatione, contractu innominato, quin & pacto ex novissima Justin. sanctione. Et hoc posteriori modo quum fit Donatio pleniùs & rectiùs fortè definitur, quod sit actus, quo consentienti quid donatur, pro ut leges permittunt. Sicut enim invitus nemo donat, ita nec invito donatur: proindeq; meritò in hoc casu requirimus in donatario, ut in donationem consentiat, sive expressè sive tacitè saltem, puta, si quis præsens ac tacitus rem donatam sive ipse, sive ejus nomi-

A 2

ne ser-

Que  
stio.

1.

2.

3.

4.

5.

6.



7. ne servus aut quis alius acceptet: namque omnino aliqui-  
8. bus casibus præsumptum consensum in donando sufficere nõ  
9. infitemur, uti infra indigetabitur. Quapropter absentibus,  
10. (etiam planè ignotis) hætenus donari potest, quatenus in-  
11. terveniente nuncio ad hanc rem legitimato, vel epistolâ ipsi-  
12. met (notario etenim acceptante, absenti & ignoranti dona-  
13. tio facta, jure communi non valet, licet id usu non servetur)  
14. consensum suum declaraverint, aut donum oblatum accepta-  
15. rint: quæ tamen donatio seu promissio potius de donando,  
facta absenti jure civili revocari potest, antequam nuncij vel  
notarij operâ in donatarij notitiam pervenerit, ac ab eodem  
acceptata fuerit. Sed quid si infanti donetur? Sanè si ejus est  
ætatis, ut intellectum capiat, non tantum tutoris autoritate,  
sed & citra eandem, perinde uti pupillus, rem sibi simpliciter  
& absolutè potissimum, donatam acceptare potest. Sin verò  
infans ille adhuc infra annum ætatis septimum constitutus sit,  
seu ut Imp. loquitur, nec fari, nec affectum habere rei, quæ sibi  
donatur, possit; tum demum res donata eidem acquiratur,  
si servus ejus rem donatam arripiat: quemadmodum & fu-  
rioso ex Justin. constitutione donata ita acquiruntur, si mani-  
bus curatoris ejus tradantur. *l. fin. C. de curat. furiosi. l. 19. de V. S. pr.*  
*l. h. t. n. l. donari. l. 10. l. 19. pr. & §. 2. ff. & l. 26. l. 29. l. 35. C. eod. t. de*  
*donati. arg. l. 38. §. alteri. de V. O.*

I I. De Insinuatione hac & seqq. 2. thesibus.

13. **I**nsinuationem quod attinet, ejus in definitione nostra in  
14. specie mentio facta est nulla: siquidem illa, uti & scriptu-  
15. ra (quamquam hæc ex conventionem quoque nonnunquam  
requiratur) ejus solummodo donationis ex Justin: sanctio-  
ne propria est, quæ 500. solidorum sive aureorum Rhenano-  
rum valorem excedit: constat enim ex diuturna Germ. con-  
suetudine solidum ut plurimum, ubi scilicet de ejus valore sta-  
tuta nulla extant, aureum Rhenanum efficere; quod tamen  
extra causam furti aliqui intelligendum statuunt, voluntque  
eo casu solidum pro aureo Ungarico accipiendum esse; quam  
interpretationem Nov. El. Sax. quoque comprobant. Quapro-  
pter insinuatio in cunctis donationibus prædictam summam  
exce-



excedentibus adhiberi necessariò debet, ut maximè in pias causas & Ecclesiam illæ factæ, reciproçæ aut remuneratoriæ fuerint, licet in praxi aliud casibus posterioribus observari nõ ignoremus. Quin & licet quis plures res diversas simul uno eodemque tempore, (nam si id diverso faciat secus est) donet, ac dicat, tot esse donationes, quot res; nihilominus adhuc insinuatio necessaria erit, si dicta summa legitima excessa fuerit: quemadmodum & annuæ quantitatis donatio, quæ legitimũ illum modum annis singulis non exuperat, itidem monumentorum observatione vallanda est, si heredum utrinque facta est mentio. Etenim tum perpetuata quasi donatione & continuatione ejus magna effecta, una intelligitur donatio, adeoque legibus præscriptum modum excedens illa, acta deponet. Quod si verò heredis mentione omisã ita facta sit donatio, ut intra vitam personarum stetur vel dantis vel accipientis: tum multæ quidem intelligantur donationes, sed liberæ à monumentorum observatione propter incertum vitæ exitum, uti Justin. noster constituit, l. 29. l. 25. & l. 34. in princ: & §. si quis, C. h. t.

I I I.

**E**Xcipiuntur tamen ab hac insinuandi necessitate certi jure nostro casus, putà si quis donet pro redemptione captivorum, eivè cujus domus incendio aut ruina perijt; itemque si in bello à duce res mobiles militibus donentur. Sed & à principe, de bonis scilicet patrimonialibus, cuivis, principive ab alio facta donatio meritò ab insinuandi illa solennitate subducitur: quod ipsum tamen ad principes superiorem recognoscens de jure Justin: extendendum haud videtur: licet nostris moribus idem in illis, quod in summo principe hoc casu obtineat. Adhæc dotis constitutio, donatio propter nuptias, dotalitium, itemque mortis causa donatio, juxta formam & normam à Justin. præscriptam, confecta, insinuationem non desiderant, licet legitima summa ijs excessa foret. l. fin. §. 1. C. de jur. dot. Nov. 119. cap. 1. l. fin. C. de don. mort. causa. l. 34. pr. l. 36. C. de donat.

A 3

Debet

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.



27. **D**ebet autem legitimum modum excedentis donationis  
 infinuatio in iudicio (quamvis illa & ex causa infirmita-  
 tis in domo ægroti donantis coram iudice, auctoritatem suam  
 interponente fiat hodiè) fieri, & in acta referri, et si res dona-  
 28. tæ sub alterius iudicis jurisdictione sitæ essent. Quod tamen  
 jure Sax. secus est: etenim illo jure immobilia donata coram  
 29. iudice, cui illa subjecta sunt, præcise infinuari debent. Potest  
 autem infinuatio hæc fieri non solum in ipsa donatione, sed  
 etiam ex intervallo post donationem extra iudicium factam:  
 30. nec opus habet hæc ipsa, quæ apud acta fit donatio testimonio  
 31. (licet tutius esse, si testes adhibeantur multi scribant) perinde ut  
 nec reliquæ donationes universæ, solâ ea donatione quæ mor-  
 tis causa fit extra iudicium, excepta, dummodò alia ratione  
 idoneis documentis, puta donantis epistolâ aut subscriptio-  
 32. ne illæ comprobari possint. Omisâ verò infinuatio in do-  
 natione 500. solidos excedente, penitus ac in totum invalida  
 illa donatio censi non debet, sed duntaxat quâ indiget atam  
 summam exuperat, adeoque superfluum illud repeti potest:  
 33. interim non negantes donationem ejusmodi legitimâ summâ  
 excedentem actisquæ minimè infinuatam, rescripto quidem  
 34. principis, aut confirmatione donantis in ultima voluntate ex-  
 pressim facta, in totum; silentio verò donantis morte inter-  
 veniente (casu nempe illo quo inter vivos donatio hæc nõ sub-  
 sistit) usque ad summam legitimam, sive infinuatio interven-  
 35. rit, sive non, firmari ac roborari posse. Etsi verò defectus  
 infinitionis renunciatione donatoris etiam juratò facta jure  
 communi minimè suppleri possit: attamen jure Pontif. jus-  
 jurandum hoc servandum videtur. *arg. c. cum contingat de jurejur.*  
*l. 27. 29. 30. 31. C. h. t. l. fin. §. 1. C. de don. ante nupt. arg. l. 38. de adoptio.*  
*l. fin. C. de donat. m. c. &c. arg. l. 5. C. de ll.*

V. De personis quæ jure donare possunt vel non, hæc & sequentibus th. 7.

36. **D**onationis definitione, ijsquæ quæ circa eandem expen-  
 di solent, explanatis, ulterius jam vestigandum, quinam  
 jure donare queant. Ubi inter omnes constat, quosvis rerum  
 suarum



suarum administrationem habentes, licite donare posse, nisi  
speciatim prohibiti reperiantur, quales sunt infantes; pupilli,  
qui ne quidem tutorum autoritate accedente recte donant:  
licet tutores solennia munera parentibus & cognatis pupillo-  
rum nomine citra decreti interpositionem recte largiantur.  
Minor vero curatorem non habens, donare jure haut prohi-  
betur res mobiles, maxime si post annum ætatis 25. ea quæ in  
minore ætate gesta sunt, rata habeat, nec restitutionis in inte-  
grum auxilio uti velit. Cæterum quum immobilium dona-  
tiones à minoribus nec cum decreto celebrari possint, si mi-  
nor vel post veniam ætatis rem immobilem donationis titulo  
in alium (excepta propter nuptias donatione) transcripserit,  
non aliter hoc firmitatem habebit, nisi post 25. annos imple-  
tos, inter præsentem quidem decennium, inter absentes au-  
tem Vicennium donatore acquiescente effluxerit, uti Justin:  
constituit. Quamvis verò hæc ipsa immobilium donatio  
à minore etiam decreto interposito celebratâ, jure civili nulla  
sit, tamen si huic donationi juramentum accesserit, saltem de  
jure Cano: illud servandum erit, *d. c. cum contingat, & c. quamvis  
de pact. in 6. arg. l. 21. C. Manda. l. 12. S. cum tutor. de adm. tut. l. fina. C.  
si maior factus alien.*

V. I. De donatione inter patrem & filium, & contra, hæc & seq. th.

**F**ilium familiæ quod attinet, etsi is ne eo quidem casu (per-  
inde uti servus quoque) quo liberam peculij profectitij  
administrationem habet, donare queat; justâ tamen ratione  
motus, putâ si matri vel conjunctis personis quid largiatur,  
aut in dignitate constitutus, aut denique patris consensu ac-  
cedente recte donat alijs; non tamen ipsi patri, aut alteri ex  
filijs famil. ejusdem patris juri subjectis, si vel maxime pater  
hoc casu assentiatur. Aliâs verò de peculio castrensi vel quasi  
itemque adventitio, cujus tum proprietas tum usufructus  
ad filium fam. spectat, jure filius fam. donat, si quidem perfectus  
sit ætatis. *l. 7. ff. h. t. l. 11. C. eod. l. 28. S. fin. de pact. Nov. 117. c. 1.*

V. I. I.

**Q**uemadmodum autem filius f. patri regulariter donare ne-  
quit, ita nec in filium fam. (nam Emancipato, ut & filio  
naturali

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.



naturali rectè à patre donatur, nō item filio nascituro) collata  
 46. donatio simplex à patre rata habetur; nisi forsitàn jure Cān. ju-  
 ramentū accesserit, quod servandum esse Canonistæ tradunt.  
 47. Excipiuntur tamen jure nostro certi casus, quibus donatio in-  
 ter patrem & filium partim sustinetur, partim ex postfacto  
 confirmatur: nempe si rei donatæ rati habitio vel potius no-  
 vus consensus saltem tacitus tum patris post filij emancipatio-  
 nem, tum hæredum post patris defuncti mortem filio illo ex-  
 heredato intervenerit, aut morte patris donatio confirmata  
 48. sit. Sed & tum valet donatio inter patrem & filium, si pater fi-  
 49. liosfam. in militiam eunti, studiorum gratiâ, aut donationis  
 50. propter nuptias causâ donet. Verumenimverò etsi filiosfam.  
 ob benè merita à patre facta donatio de jure civili difficulter  
 defendi posse videatur; moribus tamen illam subsistere docti  
 51. viri attestantur. Sed quid si pater dicat, donare se filio æqui-  
 valens quid, tum ob expressa ab illo benemerita, tum ob amo-  
 rem paternum? Pro Remuneratoria ejusmodi donationem  
 52. adhuc habendam, placet. Si verò pater filio ob benemerita,  
 quæ tamen expressa non sunt, donet; eo casu licet vera Remu-  
 neratoria hæc donatio haut dici possit; (quanquam meritis à  
 filio probatis Remuneratoria præsumpta fortè vocari queat)  
 consistet tamen ea nihilominus, si morte patris confirmetur;  
 53. quemadmodum & tum, si scilicet pater filiosfam. bona pro le-  
 54. gitima donet, aut usumfructum peculij adventicij filiosfam.  
 possidere permittat, morte demum secuta, non antè, dona-  
 tio corroboratur. Etenim certissimi juris est, donationem in  
 filiosfam. collatam sola patris morte usque ad summam legi-  
 55. timam etiam actis non intervenientibus hodie firmari, in tan-  
 tum, ut rei donatæ tum fructus, tum dominium ex eo statim  
 die quo donatio facta est, ad donatarium pertineant, *l. cum*  
*oportet. S. sin autem. C. de bon. qua libr. Nov. 162. l. 11. l. 17. C. h. t. l. 31. S. 2.*  
*ff. eod. l. 4. pro dona. l. 25. C. de donat. int. vir. l. 4. C. fam; hercis.*

V I I I.

De Inofficiosis donationibus.

56. **P**lanè si immodica sit à patre vel matre uni ex liberis aut ex-  
 traneo facta donatio, vergens in præjudicium liberorum  
 57. reliquorum: tum defraudatis legitimâ liberis è legitimo ma-  
 trimonio



trimonio natis, per querelam inofficiosa donationis succur-  
ritur, quae donatio etiam jurata sive res à patre donata, non  
item titulo oneroso absque dolo & fraude alienata, deficien-  
te alio juris remedio non in solidum, sed pro modo legitima  
duntaxat à liberis revocantur. Huic tamen querelae locus re-  
lictus est nullus, si quinquennium elapsum, liberi ingrati exi-  
stant, aut querelae huic post mortem patris renunciatum, aut  
super ea transactum fuerit, *l. cum mora, C. de Transact. l. 5. 8. l. fin. auth.*  
*unde & si parens & to. t. C. de inoff. donatio. Nov. 92.*

I X. Ad l. si unquam 8. C. de revocan. donat.

**Q**uod si verò pater nullos nec dum liberos habens (liberos  
enim si donationis tempore habeat, aliosque deinceps  
suscipiat, pro modo duntaxat legitime donata revocabuntur)  
bona sua universa, vel partem saltem illorum etiam modici  
momenti, (quod Vir magnus iudicis arbitrio committendum  
rectè censet) sive liberto sive cuivis alij largiatur, donatio  
hac supervenientia liberorum è legitimo matrimonio susce-  
ptorum, quantumvis remuneratoria aut reciproca fuerit, Ec-  
clesiae facta, aut mortis causam celebrata sit, in solidum ipso jure  
revocatur: nulloque modo reconvalescit, etsi vivo donatore  
liberi iterum decedant, quippe quod ipso jure semel extincta  
fuerit. Huic tamen legis beneficio patrem renunciare posse,  
asserendum neutiquam videtur, ut maximè renunciatio juris  
jurandi religionem vallata fuerit. *arg. c. non est obligatorium. d. R. I.*  
*in 6. d. l. 5. l. 8. C. de revoc. donat.*

X. De donatione inter vir. & uxor.

**C**onjuges quod attinet, sanè inter eos præter Imp. & Au-  
gustam donatio simplex constante matrimonio inhibi-  
bita est, excepta ea, quae nempe nec donantem pauperiorem  
nec accipientem locupletiores reddit. Cui illud consequens  
est, hanc donationem eatenus inter conjuges revocari dunta-  
xat, quatenus tum accipiens locupletior tum dans pauperior  
invenitur. Hoc loci de vestibus & ornamentis à marito uxori  
donatis, quæri video, an illa uxoris fiant? Arridet nobis  
eorum sententia, qui distinguunt inter cotidiana & preciosa il-

B la



la quæ ad ornatum solum spectant; & volunt, illa donari licitè  
75. permitti, hæc verò posteriora non item; (nisi morte forsan  
76. eorum facta donatio confirmata sit) licet moribus nostris pas-  
sim aliud observari constet: sicuti videmus in Saxonia quoque  
77. catenas reliquumque mundum muliebrem à marito validè  
mulieri donari. Cæterum donationes relatas sive improprias  
78. penitè inter conjuges prohibitas non reperio. Hinc dona-  
tio propter nuptias, mortis aut divortij causâ, sub modo etiâ  
79. quatenus scilicet nec accipientem locupletiolem, nec dantem  
paupiolem reddit facta, inter eos subsistit: quin & vera Re-  
muneratoria atque reciproca adæquata incontinenti facta.  
Etenim si hodiè maritus quidem fundum, post annum verò  
uxor & sic ex intervallo mutuò domum vel quid aliud largia-  
tur, minimè reciproca, sed utraque donatio simplex, adeoq;  
80. jure invalida censenda erit, nisi forsan morte illæ donationes  
aut speciali confirmatione sive contestatione in testamento di-  
fertè corroborentur. Etenim donatio quævis inter vivos pro-  
hibita, aut tacitè hodiè morte donantis usque ad summam le-  
gitimam, aut confirmatione ejusdem in testamento facta,  
81. etiam si supra legitimam summam citra insinuationem dona-  
tum sit, corroboratur, ut antè etiam dictum: quanquam do-  
nationem simplicem constante matrimonio jurisjurandi reli-  
gione jure civ. minimè eodem modo confirmari existimemus;  
82. licet si usum spectemus, juramentum hoc casu interpositum,  
ex recepta magis Dd. opinione, quàm legum civilium præscri-  
pto valeat, ac id servandum magni viri, moti æquitate Cano-  
nica, pronunciarint. Sed nec reciproca illa inter conjuges  
83. jure nostro donatio consistit, ubi nempe ita donatur, ut sine  
liberis prius prædefuncti bona & hereditas ad superstitem de-  
volvantur. Etenim inter solos milites ad discrimen prælij per-  
gentes tale pactum valere constat. Verùm quid si ignobilis aut  
senex nobilem aut puellam ducat, poteritnè constante matri-  
monio in compensationem nobilitatis aut juventutis remu-  
nerandi causa donare? Ne hanc quidem veram donationem  
Remuneratoriam dici posse putamus, *arg. l. 1. cum seqq. aliquot.  
de don. int. vir. l. 17. l. pen. C. eod. arg. l. 7. S. 2. & S. 7. & fin. l. 9. l. 10. l. 11.  
ff. eod. l. fin. C. de don. ante nup. l. 19. C. de pact.*



XI. Enumeratio reliquarum personarum quæ donare prohibentur, hac & sequenti th. fit.

**P**orrò donare prohibentur mente capti, senes deliri, furiosi, prodigi quibus bonis interdictum est, itemque milites focarijs suis. Similiter surdi muti ita nati, quin in numero prohibitorum sint, dubitandum non est: quanquam in ijs qui ita nati non sunt, sed casu tales facti, si epistolâ vel scripturâ donandi animû explicare valeant, itemq; in ijs qui naturâ duntaxat surdi, vel muti, ( dummodo scribere sciant ) vel cæci existunt, modò iudicio & ætate valeant, aliud meritò statuendû videatur. Sed & prælatos res Ecclesiæ; civitatum administratores bona civitatis: tutores & curatores res pupillorum & minorum donantes in hunc ipsum prohibitorum censum referimus: licet hisce posterioribus, si principum aut regum curam vel tutelam gerant, communis opinio & seculi nostri mores donare concedant, dummodo ita donent, sicuti pater ipsorum pupillorum vel minorum liberalitatem exercere solitus est. Sed & uxorem fundum dotalem ( in paraphernalibus enim aliud obtinet ) etiam marito consentiente largientem, in hanc classem propter L. Julię à Justin. interpolatæ de fundo dotali prohibitionem reponimus, nisi accesserit iure Pontific. iusjurandum. l. 23. fin. l. 33. §. 2. de donat. l. 2. C. de donat. int. vir. arg. l. discretis. C. qui Testam. fac. l. 16. C. de donat. l. 6. de admin. civita. l. 6. C. de revoc. don. l. un. C. de rei uxor. act. arg. d. c. quamvis. de pact: in 6. c. sine exceptione. 12. q. 2.

X I I.

**P**rinces quoque ut & quivis Magistratus territorium aut subditos in dominum æquè bonum vel etiam meliorem donando vel alio modo alienando transferre ( nisi consuetudine id fortè permittatur, quemadmodum videmus moribus hodiè feuda accedente consensu domini & agnatorum aut simultaneousè investitorum licitè alienari ) nequeunt. Hinc quid de donatione illa Constantini Magni Pontifici Sylvestro, ut ferunt, facta, sentiendum sit, apparet; eam nempe si vel maximè facta esset ( quod tamen pernegatur ) fieri non debuisse, adeoque ut illegittimam vires nullas unquam habuisse. Cæ-

B 2 terùm

84.

85.

86.

87.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.



100. terum subditi quum Princeps ad illos regendos ignavus & ini-  
doneus deprehenditur, quod obiter addo, necessitatis sue cau-  
101. sa alterius jurisdictioni se submittere possunt. Procurator  
utrum donare queat crebro concertari solet? Sanè si speciale  
102. ad donandum certæ personæ maximè mandatum habet, am-  
bigendum non est, quin jure donare queat. Sin verò generale  
aut liberam bonorum administrationem habeat, & domino  
utile ac ad recte administrationis rationem pertinere videatur,  
itidem interdum, non tamen simpliciter & absolutè ei dona-  
re permittetur; quum & curatori furiosi, si negotiorum ad-  
103. ministratio id exigat, ex magna furiosi utilitate res donandi  
causa alienare licere vidamus. Reis capitalium criminum, etsi  
ob delicta nec bona eorum publicentur, nec ex supplicio ser-  
vi fiant amplius, non tamen liberè quovis modo hodiè dona-  
re permissum est; quamvis tum in Electoratu & Ducatu Saxo:  
simpliciter, nisi simul crimen in specie bonorum publicatio-  
nem secum ferat, tum in hac ipsa Republ. florentissima Alsa-  
tia metropoli ex speciali impetrato consensu donare illis lice-  
re animadvertamus. Sed & ante delictum factæ donationes  
ab eo, qui delinquere constituebat, jure invalidæ sunt. Jure  
104. Saxo: etiam uxor indistinctè sua bona, inter vivos donare aut  
alienare prohibetur, eò quod illo jure maritus & uxor bona  
inter se indivisa possideant, adeò ut ne quidem bona parapher-  
nalia donare possit. quum usumfructum in illis quoque mari-  
105. tus habeat. Quod si verò ipsi marito simpliciter donare inter  
vivos uxor constituat, non nisi alio curatore interveniente hoc  
fieri debere, juris illius interpretes nonnulli tradunt, quibus  
tamen rectè alij regerunt donationem hanc ceu inter conju-  
ges prohibitam, non nisi morte demum confirmatam validam  
censeri debere: excepto eo casu, quo res ad geradam spectan-  
tes donatæ marito simpliciter essent, uti infra ostendetur. Vir-  
gines verò & viduæ illo jure etiam absque curatoris authori-  
tate, dummodò ejus ætatis sint, ut citra tutoris vel curatoris  
106. autoritatem alienare queant, bona sua mobilia alienari haut  
prohibita, non item immobilia, rectè donant. *c. Imperialem de  
prohibit. feud. alien. arg. l. 9. §. 2. de donat. l. 9. §. 4. de acqui. domi. arg. l.  
58. l. 63.*



58. l. 63. de procur. l. fin. de curat. furio. auth. sed hodie C. de donat. int. vir.  
Auth. bona damnatorum. C. de bonis proscript. arg. l. 1. & seqq. de donat.  
int. vir.

XIII. Materia sive objectum Donationis in hac & seq. th. traditur.

**P**orrò objectum sive materiam Donationis quod attinet, existimamus res omnes mobiles vel immobiles, corporales & incorporales, modò commercio hominum non exemptæ, adeoque donantis sint propriæ, (si enim alienæ offerantur usucapiendi duntaxat conditio tribuitur) donari posse. Et quamvis non pauci bonorum omnium donationem improbent, nisi juramentum accesserit; nos tamen sive jusjurandum interveniat sive non, bona universa, (quatenus in fraudem ac præjudicium aliorum donatio non tendit) quin & futura, si id expressum sit, jure donari licere, adeoque & juramento confirmari statuimus: frustra alijs dissentientibus, qui omnium bonorum simpliciter factâ donatione, futura etiam comprehendunt. In hac tamen bonorum omnium donatione, vestes, suppellex & alia, quæ verisimile est specialiter quæ non donaturum, uti & ea quæ alienari vetantur, ut sunt feudum, emphyteusis, (citra requisitum nempe dominorum consensus) fundus dotalis, (nisi jure Pontificio juramentum accesserit) bona restitutioni fideicommissariæ subiecta, minimè continebuntur. Sed nec gerada apud Saxones donata censetur, quantumvis omnia sua bona fæmina alicui largiatur: hæc enim nisi solennitates in ejusdem donatione inter vivos observandæ adhibitæ fuerint, validè donari nequit. Quid si quis bona omnia præsentia & futura, reservato expressim usufructu, donarit? Certè omnimodò fructus percipiendos sibi reservasse, adeoque de ijs quoque testari posse quodocunq̃ credendus est. Similiter facta bonorum omnium præsentium & futurorum donatione, aliquo duntaxat reservato, de quo donator in vita disponere valeat, adhuc illa jure subsistit donatio, ita ut non tantum contrahendo, sed & testando quovis modo de eo disponere possit: quo tamen casu si donator is intestatus decedat, id ipsum quod sibi reservarat, non donatarius, sed heres proximus ab intestato eidem succedens consequetur:

B 3

107.  
108.  
109.  
110.  
111.  
112.  
113.  
114.  
115.  
116.  
117.



118. sequetur: quod Nov. Ele. Sax: in casu quo donator bona omnia mortis causa aliquo saltem excepto & suæ dispositioni relicto largitus est, expressim quoque sanxit. Quid si donatione omnium bonorum præsentium & futurorum factâ, donans aliquid, puta centum, sibi reservet, de quo sive in certum genus personarum, sive in certam causam, putâ pro anima, testari ac disponere possit? Adhuc de reservato illo liberè testabitur. Etenim cum in sui favorem illud ipsum sibi reservarit, ad testandum pro anima cogi nequit; quin imò si vel maximè pro anima de rebus illis reservatis testatus esset, adhuc testamentum illud alio eoque perfectio postea facto mutare & revocare posset.

119. An verò donans seu cedens bona sua universa præsentia & futura, adeoque etiam jura omnia, in donatarij præjudicium jus aliquod, puta redimendi prædium aliquod, alij postmodum cedere queat, controversi video.

120. Placet negantium opinio. In hac tamen cessione (quod obiter attexo) actionis vel saltem spei futuræ actionis, consensus debitoris, necessarius non est, uti Gordia. & Decius Imp: rescripserunt. Verumenimverò an sicut omnium bonorum donatio, ita hereditatis quoque valeat, ex dubijs est quæstio? Sanè quum regulariter hereditas pactis aut stipulationibus inter vivos non detur, utique talis donatio ipso jure nulla erit.

121. Sed an mortis saltem causa hereditas donari poterit? Ne hoc quidem asserendum arbitramur. *l. 9. fin. l. 29. §. 1. de donat. arg. §. pen. l. per quas perso. acquir. arg. l. 17. quæ in fraud. credit. l. 35. §. 4. C. de donat. arg. l. 6. de pignor. d. c. Imperialem l. 3. C. de jur. Emph. d. l. un. C. de rei uxor. Auth. res quæ. C. com; de legat. l. 28. l. 35. C. de don. l. 49. d. V. S. l. 5. C. de pact. convent. l. 1. l. 2. C. de don. c. cum contingat. de jurejur.*

122.

X I V.

123. **V** Sumfructum quod spectat, extraneo is à fructuario (nequidem proprietarij consensu accedente) cedi vel donari jure non potest. Sed & Emphyteusin Emphyteuta citra domini consensum ex Zenonis constitutione donando vel etiam quovis modo alienando in alium transferre prohibetur. Sed nec feudum ipsum irrequisito domini & agnatorū aut simultaneè investorum consensu donando in alium transferre aut

124.

125. saltem



faltem oppignorare vasallo conceditur, nisi id ex pacto fortè  
liceret. Quid si bona restitutioni subiecta, disertè à testatore  
alienari ex causa dotis vel donationis propter nuptias veten-  
tur, ane nihilominus illa dotis aut donationis propter nu-  
ptias causâ alienari poterunt? Aientibus subscribimus. De-  
niq̄ue hîc addendum illud, jure Saxon. bona avita immobilia  
(de his enim solis textus illius juris loquitur, adeoq̄ue impe-  
ritè ad mobilia avita & donantis industriâ quæ sita bona à non-  
nullis extenditur) extraneis absq̄ue descendantium heredum  
proximorum consensu, donatione simplici inter vivos dunta-  
xat, non etiam per ultimam voluntatem, alienari disertè pro-  
hibita esse, in tantum ut intra añum jure retractus ea à descen-  
dentibus illis irrequisito illorum consensu alienata revocari  
possint, *S. pen. l. de usufr. d. l. 3. & d. c. Imperialem l. 66. fin. de jur. doti.  
c. 1. de feudo non habente.*

XV. Divisio donationis itemq̄; definitio Donat: simplicis & ejus effectus.

**T**Empus est ut donationis divisionem potissimam illam  
saltem, qua in propriam, simplicem, seu puram: &  
Relatam, non propriam, seu non puram dispescitur, fusiùs  
nonnihil exponamus; quum reliquæ divisiones, quibus in  
eam, quæ in scriptis vel sine scriptura fit donatio, ut & eam,  
qua in veram & præsumptam, distribuitur, minus dubij ha-  
beant. Voco autem puram seu simplicem donationem; quan-  
do donator simpliciter citra modi, causæ aut conditionis ad-  
jectionem donat eo animo, ut rem donatam nullo unquam  
casu ad se reverti velit. Hæc donatio simplex minimè præsu-  
mitur, ubi alia causa, aliaq̄ue quàm donationis conjectura ha-  
beri potest: quin imò juxta communis scholæ tradita error  
potius & ignorantia in dubio præsumitur, nisi fortè ex certis  
& indubitatis conjecturis illa præsumenda videatur, uti ex  
multis juris nostri locis hoc evidenter constat. Et hoc casu  
opinamur in dubio interpretationē pro simplici potius quàm  
relata donatione faciendam esse, nisi circumstantiæ & subiecta  
materia fortè aliud suadeant, ut puta si de causa vel modo ve-  
rosimiliter appareat. Proinde nec id quod statuto aut con-  
suetudine de donatione generatim expressa cautum reperitur,  
de

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.



135. de puris solùm donationibus simpliciter & semper accipien-  
 dum erit. Effectus hujus donationis jure perfectæ, est domi-  
 nij translatio & Vindicatio, siquidem traditione facta fuerit  
 136. donatio: Sin minus, & donator suam voluntatem scriptis aut  
 sine scriptis saltem manifestaverit, traditionis necessitatem  
 ad exemplum venditionis facta donatio in se nihilominus ha-  
 bet, & donatorem ita arctissimè ad rem donatam tradendam  
 137. obstringit, ut nec præstando interesse liberetur; daturque  
 138. hoc casu, ubi nempe pactio saltem facta est donatio, donatario  
 conditio ex lege nova Justin. Videlicet. *l. si quis argentum. C. de  
 139. donat.* quam legem perperam quidam ad nudam donationis  
 140. promissionem trahendam esse inficiantur. Sed & ex stipulatu,  
 itemque præscriptis verbis adversus donantem agi potest, prout  
 vel stipulatione, vel contractu innominato donatio celebrata  
 fuerit, *l. 1. de donat. arg. l. 25. de probat. l. 17. C. de postlim. revers. l. 9. C. de  
 condict. Indebi. l. 12. de Novation. l. Seia, fin. de donat. m. cau. l. 1. C. de donat.  
 §. 2. l. 1. & l. 12. l. 22. ff. & l. 9. C. eod. l. fin. C. de rer. permut.*

XVI. Quomodo Donatio maximè simplex revocetur,  
 in hac & seqq. 2. th. ostenditur.

141. **P**Ræterea revocari iterum à donante donatio simplex, quin  
 142. & ex relatis aliquæ ex certis ingratitudeis causis possunt,  
 nempe 1. ob injurias atroces à donatario illatas donanti: 2.  
 propter verbera illata. 3. ob periculum vitæ creatum. 4. pro-  
 pter damnum ingens bonis datum. 5. denique ob conven-  
 143. tiones in donatione appositas non adimpletas: quanquam  
 mater ad secunda vota transiens ob tres duntaxat, interme-  
 dias illas videlicet inter primam & quintam causas, res filio  
 donatas revocare possit. Advertendum autem hoc loci, quod  
 144. in revocanda hac donatione tria conjunctim requirantur. 1.  
 quidem probatio ingratitudeis in judicio fiat 2. sit plena  
 probatio 3. denique illa fiat causâ cognitâ, præsentem scilicet  
 145. parte & audita, ita ut sequatur sententia declaratoria. Hoc  
 146. modo autem ingratus sic condemnatus restituet rem dona-  
 tam, non item fructus, nisi post litem contestatam perceptos.  
 147. Rebus tamen illis donatis ante litem motam legitimè à dona-  
 148. tario alienatis, conditio illa *ex l. fin. C. de revoc. donat.* ne-  
 ne



ne quidem ad æstimationis præstationem donanti (multò minus heredi ejus, quum planè personale sit hoc beneficium) conceditur. Quid si donator huic revocationi renunciarit, seu quod idè est, pactum inter donatorem & donatarium factum sit, ne ex dictis ingratitudeis causis donatio revocetur? Invalidum & contra bonos mores pactum illud (quantumvis jurisjurandi religione vallatum esset) asseveramus, *d. l. fin. C. de revoc. donat. auth. quod mater. C. eod. l. certum. C. de rei vindicatio. l. 23. de R. I. fin. arg. c. non est obligatorium, de R. I. n. 6.*

149.

150.

151.

X V I I.

**C**Ausas autem revocandæ donationis alias præter indigentatas et jã modò memoratas minimè agnoscimus. Proinde licet donatarius inopi donatori alimenta denegarit, aut contra eundem in judicio (nisi fortè grave damnum rebus donantis fraudulenter eo casu inferatur) postularit, tanquam ex causa ingratitudeis donatio jure facta neutiquam revocabitur, quemadmodù & in simili jure feudali Vasallo æs alienù pro domino solvere renuenti, beneficium non adimitur. Sed nec perfectæ donatione scilicet, pœnitentiâ; instrumentorum amissione; alienatione, quam donans post factam traditionem facere tentat; Imperiali rescripto; aut prætextu absentia ejus, cujus consensus necessariò ex juris solennitate non est requisitus, donatio simplex revocatur, *per d. l. fin. & l. 2. 3. 5. C. de revoc. donat. c. un. §. licet. v. inde quasitum. si de feudo defuncti content.*

152.

153.

154.

155.

X V I I I.

**N**ON tantum verò ob prædictas ingratitudeis causas donatio in totum revocatur & expirat, sed & si donatarius præmoriatur, aut donans etiam antè rebus humanis exemptus sit, quàm donatio perficeretur. Pariter quoque donatio revocatur tum in totum, scilicet si quis liberos non habens bona sive omnia sive partem saltem illorum alicui largitus sit, & liberos postmodum suscepit; tũ ex parte, quatenus nempe aut legitima summa neglectâ insinuatione excessiva est, aut pater liberos habens bona sua sive filio emancipato, sive extraneo donavit; namque tum liberis reliquis legitima defra-

156.

157.

158.

159.

C

datis



datis donatio usque ad legitimam revocatur, uti supra dictum; quanquam hisce casibus postremis aliquot non tam donatio videatur revocari, quam potius nulla declarari. *l. 8. C. de O. & A. l. 34. C. de donat. l. 5. C. de Inoff. donat. l. 8. C. de revoc. don.*

X I X. De Donationibus relatis in genere.

160. **D**onatio relata seu non pura est, quando ob causam, sub modo vel conditione, ex tempore vel ad tempus, pacto ve valido adjecto alicui donandi animo aliquod munus (sic enim Ulpianus donationem relatam nuncupari in specie voluit,) confertur, ita ut revocetur illud, si conditio deficiat, modus, causa pactave apposita non serventur aut impleantur.

161. Donatio ob causam fit, puta si ideò Titio centum donem, quod mea negocia procurarit, aut ex hostium manu me liberarit. Hanc donationem licet complures contractum esse onerosum, adeoque ob id insinuatione minimè egere scribant; eorum tamen opinio juris ratione destituitur.

162. Sub modo fit donatio cum datur, vel ut quid fiat vel non fiat, sive modus ille commodum dantis sive accipientis concernat. Exempli gratiâ, si quis Mævio donet mille vel fundum, ut Caio nomine dantis satisfaciat, aut sibi ipsi domum vel monumentum extruat, aut denique ne in patriam revertatur.

163. Donatio ex tempore vel ad tempus fit; idque tum certum, tum incertum. Ad certum tempus donatur, si quis Mævio domum largiatur, ut elapso quinquennio ejus proprietates ad donantem revertatur. Quod si verò Mævio illam domum ita quis donasset, ut post spacium trium annorum ejus proprietates Titij esset: hoc casu Mævio quidem ad certum tempus, Titio autem ex certo tempore donatum videbitur.

164. Ad tempus incertum donatur, puta si quis Sempronio agrum donet, ut post mortem Caij ejusdem proprietates ad donantem redeat. Pacta quoque donationibus varia adijci possunt, modò legibus non improbentur: nam jure invalida, quale est pactum de succedendo sibi invicem, rejiciuntur, donatione ipsa rata manente. Hic quæritur, possitnè donator pactum vel modum donationi adjectum in alterius favorem, pro lubitu revocare, eo etiam invito? Negantibus subscribimus.

165. Donatio conditionalis est,

166. cum

167.

168.



cum quis ita donat, ut tum demum donatarij perfectè rem  
feri velit, quum quid contigerit aut secutum fuerit, puta si  
Caius consul creatus fuerit: si navis ex Asia redierit; qua con-  
ditione deficiente & non impleta, donatum repetitur. Ad  
hasce donationes relatas referimus tum donationes istas, quæ  
fiunt nuptiarum causâ, ut sunt sponsalitia munera, arræ spon-  
salitiæ, dotis constitutio, donatio morgantica, donatio pro-  
pter nuptias, itemque dotalicium: tum denique donationes  
quasvis conditionales, ob causam vel sub modo factas, ut sunt  
donationes mortis causâ, Reciproca atque Remuneratoriæ,  
de quibus singulis strictim quædam attexemus ea serie ser-  
vata, qua illæ species modò relatæ sunt. *l. 27. de donat. l. 1. 2. 3. 4.*  
*& to. t. C. de don. quæ sub mod. l. 2. §. 5. de donat. l. 25. l. 34. C. eod. l. 194.*  
*de V. S.*

X X. De donat. relatis in specie, & I. De muneribus sponsalitijs.

**S**unt igitur sponsalitia munera, quæ, sponsalibus jam con-  
stitutis, à parte sponsi (sive ab ipso sponso sive ejus nomi-  
ne ab alio dentur, nihil refert) sponsæ; vel vice versa ex parte  
sponsæ futuri matrimonij causa, & ita sub conditione, si nu-  
ptiæ secutæ fuerint, sponso offeruntur. Hæc munera evenien-  
te conditione illa minimè redduntur, sed dominium eorum  
omnimodò translatum censetur. Nuptijs verò non secutis,  
morte interveniente, in totum ab heredibus donantis sponsi  
illa repetuntur, nisi forsàn osculum intervenerit; nam tunc  
sponsi præ defuncti heredibus pro parte dimidia solū à spon-  
sa superstite vel ejus heredibus illa restituuntur. Sin verò spon-  
sa interveniente vel non interveniente osculo, titulo donatio-  
nis sponso quid fuerit largita, & ante nuptias illam mori con-  
tigerit, omni donatione infirmata, ad ejus successores dona-  
tarum rerum dominium revertitur, uti Constantinus Imp. re-  
scripsit. *l. 16. C. de don. ante nupt.* Cæterū extra hunc casum mortis,  
si quidem sponsus vel etiam parentes ejus filium sortiri nolue-  
rint uxorem, id quod ab eo donatū erit, haut repetatur. Quod  
si sponsa, vel is in cujus est postestate, causam non contrahen-  
di matrimonij præbuerit, tunc sponso ejusque heredibus sine  
aliqua deminutione munera illa redhibeantur: *uti idem Imp.*  
*Constant. constituit. in l. 15. C. d. t.*

C 2



175. **A**rrhæ sponsalitiæ (quæ ad differentiam aliarum arrharum in contractibus dari solitarum sic dictæ) sunt, quæ à sponso sponsæ, non contrâ, in firmitatem & argumentum contractuum sponsaliorum porrigebantur; erantque ut plurimum annuli, quin & res aliûs generis, exigui plerunquæ precij: quæ mortuo sponso vel sponsa ante contractas nuptias restituebantur, nisi causam ut nuptiæ non celebrarentur, defuncta persona præbuisset. Namque certi juris est quod si per sponsum stetisset, quo minus matrimonium impleretur, repetitio eidem denegetur; sin verò per sponsam stetisset, ipsa duplicatas reddere cogatur, nisi fortè minoris illa sit ætatis; quo casu in simplum duntaxat tenebitur. *l. 3. l. 5. C. de sponsal.*

177. **D**OS est jus in re ad sustinendum onera matrimonij marito constitutum: qua, ut & donatione propter nuptias, constitutâ, ut plurimum pacta (in quibus jus novissimum æqualitatem summam requirit, vultque ut dotis & donationis propter nuptias pares utrinque sint conditiones, tam in ipsa quantitate, quam lucris inde percipiendis, licet moribus id passim non servetur) adijci solent, quæ omninò servanda sunt; nisi dotis conditionem deteriore reddant, juri publ. aut bonis moribus repugnent, delictivè occasionem præbeant, utpotè si inter conjuges de futura successione pacta fiant, quibus superstiti conjugi hereditas præorientis sive tota, sive quota saltem ejus defertur. Namque inter paganos talia pacta tum universorum bonorum, tum partis, quantumvis reciproca sint, jure civili penitùs invalida sunt, adeò ut ne juramento quidem confirmari queant. De consuetudine tamen Germaniæ inter conjuges, imò indistinctè omnes simpliciter pactum mutuuum de succedendo invicem liberis deficientibus in vim donationis inter vivos factum post mortem irrevocabiliter citra Insinuationem & traditionem valere eamque consuetudinem Cam: Imp: præjudicio firmatam multi attestantur. In Electoris Saxo: terris, ut & alibi pacta dotalia si in ijs de futura successione mariti & uxoris agatur, præsentibus



tibus minimum 5. testibus ijsque quorum interest, confecta  
illa, in vim mortis causa donationis & sic ultimæ voluntatis,  
quantumvis legitima summa illis excessa sit, valent citra insi-  
nuationem, uti & citra scripturam, licet plerunq; majoris  
probationis causa in scripturam redigi soleant. Quod si verò  
in scriptis illa fieri placuerit, non aliter vires habebunt, nisi in-  
strumenta in mundum redacta, subscriptionibusque par-  
tium confirmata, & si per tabellionem conscribantur, etiam  
ab ipso completa, & postremò à partibus absoluta fuerint.  
Sin verò in utriusque partis præsentia, eorumque quorum in-  
terest, judicialiter hæc pacta insinuentur, testibus nullatenus  
opus est, sed jure illa consistent, sive in vim contractus, sive  
ultimæ voluntatis sustineri debeant. Possunt tamen hæc ipsa  
pacta successoria tum alterutrius, tum multò magis utriusque  
conjugis consensu, exemplo reliquarum ultimarum voluntatum  
immutari, dummodò posteriori elogio non auferantur ea,  
quæ jure municipali, vel consuetudine alterutri conjugum de-  
feruntur, nisi forsàn consensus sive renunciatio accedat illius,  
cui lege, statuto aut moribus illa debentur. Quod si verò ex-  
tra hunc casum successionis fiant pacta (quæ magis proprie  
dotalia, uti illa præcedentia, quæ de successione interponun-  
tur, successoria nuncupanda videntur) in vim contractus ir-  
revocabiliter valent, dummodò præsentibus ijs, quorum inter-  
est, tres aut duo testes interfuerint, quibus illa probari possint.  
Nec opus esse hodiè illo jure Sax: curatore mulieri videtur in  
pactis hisce conficiendis, eò quod in præsentia plerunq; con-  
sanguineorum & affiniù illa fieri soleant. Quid si conjuges de  
lucro dotis & donationis propter nuptias pacti fuerint, lu-  
crumq; legitimam summam excedat, ane insinuatione opus  
erit? Sanè etsi mulieri in lucranda donatione propter nuptias  
insinuatio omiffa minimè noceat; marito tamen actio ratione  
lucris ex dote non insinuata provenientis pro rata scilicet do-  
nationis propter nuptias, jure novissimo denegatur. *l. 7. de jur.  
dot. auth. equalitas & auth. seq. C. de pact. con. l. 17. & tot. tit. de pact. dot.  
l. 1. l. 5. & 10. t. C. de pact. con. l. fin. C. de m. ca. donat. l. 17. C. de fid. instru.  
arg. l. omnium C. de Testam. arg. auth. praterea. C. Vnde vir & uxor. Nov.  
127. c. 2.*

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

C 3

Dona-



X XIII. De Donatione Morganatica.

192. **D** Onatio Morganatica est, quam maritus novus maximè  
nobilis secunda die nuptiarum ante prandium in novā  
conjugem sive viduam, sive virginem, nisi aliud in moribus  
sit alicubi, confert; eamque rem donatam (quæ plerunque  
solet esse catena sive monile, quin & alia res preciosa, aut cer-  
ta etiam pecuniæ summa) uxor ad heredes suos transmittit;  
193. in tantum, ut licet res aliena donata sit, nihilominus dicti mu-  
lieris heredes æstimationem ejus petere queant.

XXIV. De Donatione ante vel propter nuptias: *Widerlag.*

194. **D** Onatio propter nuptias, Græcis ἀπὸ πέρων dicta, jure civi-  
li inducta, est, quam tum in re mobili, tum immobili,  
sive ante sive post nuptias in securitatem dotis illatæ recupe-  
randæ maritus (sive ejus nomine alius) in uxorem confert;  
195. quo sic mulieri de dote magis cautum sit, doteque à marito  
fortè consumpta, aut eodem ad inopiam vergente, uxor ha-  
beat, unde damnum illatum resarciat. Hæc donatio ex Justin.  
196. Constit. quæ est in l. fin. C. de don. ant. nupt. ejusdem cum dote fe-  
rè juris, ei que ex æquata est. 1. in eo, quod quemadmodum  
dos constante matrimonio & augeri, & de novo constitui po-  
test; ita etiam propter nuptias donatio possit & debeat quoque;  
197. 2. Deinceps ex æquata etiam sunt dos & donatio propter nu-  
ptias non tantum in quantitate, uti modò dictum est, sed etiā  
vi interpositorum pactorum (quæ siquidem de dote facta sunt,  
198. ad donationem etiam propter nuptias extenduntur, & con-  
trà, quò nempe hoc modo summa servetur æqualitas) in lu-  
cris ex dote & donatione propter nuptias provenientiibus, ut  
scilicet quantam partem vir de dote, tantam etiam uxor de  
199. donatione propter nuptias lucretur; licet nostra tempora in-  
æqualitatem illam dotis & donationis propter nuptias mini-  
mè respuant; maximè moribus Saxonum, quibus hæc dona-  
tio regulariter respectu dotis illatæ duplicata esse solet. Imò  
illo jure liberum est marito quantam velit donationem uxo-  
ri constituere, dummodò liberi legitimâ non defraudentur.  
200. Et quanquam jus civile novissimum caveat, ut pars quæ nil in-  
tulit, nil quoque capiat; quæ verò minus dedit, quam se da-  
turam



turam promisit, tantum recipiat, quantum intulit; ac siquidem per dilationem uxoris dos viro exoluta non sit, donatio quoque propter nuptias planè denegetur: (quam tamen alioqui pacto interposito lucratur jure nostro uxor, si in ea solvenda moram nullam commisit, sed per maritum fortè stetit, quò minus dotem acciperet, aut dies solutioni dotis destinata nondum venerit) aliud tamen moribus Sax: observatur. Etenim licet apud illos uxor vivente marito dotem non intulerit, adeoque moram in ea solvenda commiserit, tamen si post mortem demum mariti eandem exolvat, nihilominus heredes mariti donationem propter nuptias ei constituere tenentur, dummodò mulier, cujus mora arguitur, unà cum forte dotis usuras à tempore moræ offerat. Cæterum soluto matrimonio uti dos ad mulierem, sic etiam donatio propter nuptias ad maritum (nisi statuto vel consuetudine aliud indutum pacto vè hodie conventum fuerit) revertitur *S. pen. l. de donat. Auth. permissa. Auth. dos data. C. de donat. ant. nupti. Auth. sivè à me. C. ad Vellei. l. fin. pr. & S. fin. autem C. de donat. ant. nupt. Auth. equalitas. Auth. sed quæ nil. C. de pact. con. l. un. S. procul, C. de rei uxor. c. fin. de don. int. vir.*

X X V. De Dotalitio.

**D**otalitium *Leibgeding* est, quod maritus, maximè nobilis non tantum in Saxonia, sed & plerisque alijs Germaniæ provincijs in bonis sive allodialibus (licet hoc rarius fiat) sive feudalibus uxori suæ ratione dotis oblata, pro consuetudine cujusque regionis, plerunque tamen cum consensu domini feudi & agnatorum constituit: licet apud nobiles Saxon: citra domini & agnatorum consensum ut plurimum duplum ejus (illud enim si citra agnatorum aut simultaneè investitorum consensum excessum sit, tum superfluum usque ad legitimum hunc dotalicij modum, nempe duplum, ab agnatis vel simultaneè investitis jure Saxon: revocari potest, quantumvis hoc casu domini consensus intervenisset) quod dotis nomine illatum est, nomine dotalicij constitui mulieri soleat; quò nempe illa olim vidua effecta vel toto vitæ tempore, vel pro ut dictum est, saltem ad certum tempus perfruatur: (quanquam & ita dotali-

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.



209. dotalicium tum ex consuetudine tum ex conventionem quan-  
doque constituatur, ut proprietates certæ partis bonorum ma-  
riti allodialium; non item feudaliū citra domini & agnato-  
rum consensum, nisi consuetudine id liceret, uxori assignetur)  
aut quotannis ei decem de centum pendantur; frustra alijs ne-  
gantibus consuetudine induci posse, ut supra legitimum usu-  
rarum modum viduæ pro dote non restituta decem pro cen-  
tenario in eventum soluti matrimonij in annos singulos de-  
beantur. 210. Quid si dote accepta & in feudi utilitatem conversa,  
dotalitium maritus constituere pollicitus, & antequam pro-  
missis satisfecit, defunctus sit? Hoc casu feudi successores qui-  
vis præcisè ex feudo ipso ( quantumvis allodialia bona relicta  
forent, ) dummodò dos numerata & in feudi utilitatem con-  
versa sit, quod in dubio præsumitur, ob summum favorem do-  
tium, Viduæ dotalitium apud Sax. constituere necesse habent.  
211. Ac si quidem ad promissum à defuncto marito dotaliciū con-  
stituendum, dote nempe reverà exolutâ, feudi successores se  
offerant, tum vidua acceptare id compellitur, nec repetitioni  
dotis locus ullus amplius relictus est: quod tamen secus est,  
212. si vivo marito dotalicium constitutum non sit; nam tunc ele-  
ctio mulieris est, utrūm dotalicium sibi constitui, an dotem  
reddimalit, uti D. August. Saxo: Septemvir, laudatissimæ re-  
cordationis, disertè constituit. Mariti verò heredes quod atti-  
net, illi dote etiam non numeratâ, dotalitiū viduæ constitue-  
re tenentur, dummodò maritus eam sibi numeratam in instru-  
mento confessus sit. 214. Cæterum defuncta uxore dotalicium,  
quod dote neglectâ uxor elegit, expirat, & ad feudi successo-  
res, si in feudo constitutum sit, jure Saxon. redit, repetitioq;  
215. dotis post mortem mulieris nulla ab heredibus ejus fieri po-  
test: nisi pactis aliud convenerit, aut in certa bonorum allo-  
dialium post mariti obitum parte lucranda id constitutum sit;  
216. namque tunc ad heredes mulieris id devolvetur: *c. plerunq; de  
don. int. vir. & c. 15. de foro comp. arg. l. cum à matre, C. de Rei Vind.*

XXVI. De Donatione mortis causa: hac & seq. thesi generatim.

217. **D**onatio mortis causa est, quando quis coram 5. testibus  
absque insinuandi necessitate, intuitu sive cogitatione  
mortis



mortis ( expressim mentione ejus factâ ) sive firma valetudine  
constitutus ac ita sola mortis cogitatione, sive jam imminen-  
te periculo ac quasi moriturus mortis metu, sub ea conditio-  
ne donat, ut morte demum secuta donatio perficiatur, & res  
donatarij fiat; vel ut statim quidem res donata donatarij sit,  
sed conditione non impleta, dominium ut & fructus, ad do-  
nantem ipso jure revertantur, casu scilicet illo, quo certum ali-  
quod mortis periculum speciatim expressum & designatum  
est: Constat enim dupliciter mortis causâ donari, nempe 1.  
aut respectu certi alicujus morbi periculivè imminentis; 2.  
aut ob solam mortis cogitationem, ( sive quis ita donet, ut  
statim res fiat accipientis, sed si mors non sequatur, ut resti-  
tuatur: sive quis hac mente donet, ut non statim fiat accipien-  
tis, sed tum demum quum mors insecuta est ) quo tamen casu  
posteriori si conditio solam generalem mortis cogitationem  
contineat, licet in periculum aut morbum donator incidat,  
quum non respectu hujus vel illius morbi aut periculi disertè  
donarit, sed sola mortis cogitatione, utique non illicò animū  
donandi deposuisse censeri debet, morbo aut periculo illo, in  
quod inciderat, cessante; sed donatio hæc nihilominus du-  
rabit, permanente nempe adhuc ejusdem conditione, sive  
causa, propter quam donatum est. *l. 2. l. 32. l. 35. §. 4. de mort. ca.  
don. l. fin. C. eod. l. 12. de condict. cau. data. §. 1. Inst. de donat.*

X X V I I.

**E**X hac descriptione animadvertere licet. 1. quidem ex-  
pressam mortis mentionem in hac donatione fieri, inque  
tempus seu casum mortis simul conferri debere. Proinde non  
sufficiet ad mortis causa donationem constituendam, quod in  
ea mortis mentio fiat, donator in periculo sive articulo mor-  
tis tum fortè constitutus aut pestis etiam in loco factæ dona-  
tionis grassata fuerit, quum donaret. Etenim adhuc absolutè  
& inter vivos donasse putabitur, dicente Papiniano. Similiter  
non erit mortis causa donatio, cum quis sanus existens & nul-  
lo mortis periculo perterritus, post mortem suam donat; uti  
nec illo casu, si quis reservato sibi per tempus vitæ usu fructu,  
post mortem suam alicui fundum aut prædium donet. 2. De-

D

inde

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.





228. inde id speciale hanc habere donationem ex definitione no-  
stra colligimus, nempe quod hodiè regulariter scripturam &  
insinuationem, cujuscunque illa sit summæ & quantitatis (licet  
in ijs locis ubi jus Saxon: viget, omnium bonorum mortis  
caussa factæ donationes apud acta insinuari necesse sit,) haut  
229. desideret, dummodò donator coram 5. testibus (quanquam  
pauciores in donatione hac tempore pestis non quidem ex  
jure scripto Rom. sed communi opinione Dd. quæ multorum  
230. locorum statutis comprobatur & consuetudinibus, nunc tem-  
poris admittantur) unoque actu adhibitis, quid largiatur.  
231. Sin verò apud acta mortis causa donetur, testibus prorsus  
opus non erit, exemplo testamentorum apud acta factorum.  
232. *l. 2. l. Seia. fin. l. 18. de mort. ca. don. l. 31. C. de don.*

XXVIII. Quanam res mortis causa donari possint.

233. **P**ossunt autem mortis causa donari res omnes, quæ & in-  
ter vivos jure donantur, humanoque commercio minimè  
234. exemptæ; nec etiam alienari sunt prohibitæ. An verò heredi-  
tas mortis causa donari possit, *supra thes. 13. dictum est.* Jure Sa-  
xon. Gerada. (quæ omnem mundum, vestimenta, ornamen-  
ta, & quicquid mulier in usu & possessione habet, complecti-  
tur, licet uxor nobilis in bonis mariti geradam paulò copio-  
siorum, ut & alia quædam, habeat) nullo modò, ne quidem  
235. ad piam causam, in filia vel cognata proxima è linea mater-  
na descendens præjudicium mortis causa donari, aut qua  
236. alia ultima voluntate relinqui potest: licet inter vivos marito  
237. excepto (nisi fortè remunerandi causa illa marito donetur)  
donari, & multò magis oppignorari in præjudicium cognata  
238. proxima illa permittatur, dummodò mulier præsens coram  
judice sive in domo pub. autoritate comparente, sive in judi-  
cio, per curatorem res ad Geradam spectantes scripto com-  
prehensas unà cum cistarum clavibus donatario (quo tamen  
casu Usufructum ad vitam retinere potest clavibus à donata-  
239. rio sibi redditis interea) exhibeat & tradat. Quin & extrajudi-  
cialiter res ad geradam pertinentes, summamq; 500. Vngarico-  
rum aureorum non excedentes, coram duobus aut tribus te-  
stibus vel etiam coram notario & testibus inter vivos à muliere  
donari



donari possunt. Hisce verò solennitatibus sive omnibus, sive aliquibus omiſſis, uniuersus hic donandi actus viciatur & annullatur, ut Saxo. juris interpretes tradunt.

XXIX. Quinàm mortis causa donare possint vel non.

**P**orrò mortis causa donare possunt, qui liberam bonorum administrationem habentes testari quoq; possunt; quam & illi qui intestati decedunt, similiter mortis causa donare queant. Iccircò qui testamentum saltem actu secundo facere nequit; nec mortis causa donare poterit, qualis est furiosus, pupillus, quantumvis tutoris fortè autoritas accederet. Minor verò curatorem habens etiam sine ejusdem autoritate mortis causa rectè donat. At verò filiusfam (extra causam scilicet peculij castrensis vel q.) non aliter mortis causa, nisi patre consentiente, utiliter donat; in tantum, ut ne quidem res adventicias, in quibus pater usumfructum non habet, mortis causa citra patris consensum donare valeat: licet talem donationem morte filij confirmari non infiteamur. Etsi autem filiofam. patris consensu mortis causa donare permittitur, nõ tamen eodem consentiente testari illi conceditur, ne quidem de peculio ad ventitio, quod pleno jure ad illum pertinet. Quod si verò de facto à filiofam. testamentum de illo peculio patris consensu factum sit, tum ne quidem ad donationem mortis causa id flectetur aut in vim ejus valebit, si vel maximè clausula codicillaris, Si non valet jure Testamenti hæc dispositio, valeat jure Codicillorum, vel donationis mortis causa, vel deniq; cujusvis ultimæ voluntatis &c. eidem jubente etiã ac præſente patre apposita reperiatur: quanquam moribus quibusdam aliter sese id habeat. Qui verò crimen læsæ majestatis commisserunt, mortis causa neutiquam donare possunt: uti nec tum usurarij manifesti (antequam scilicet de usurarum illicitarum restitutione cautionem præstiterint) tum ipsi quoq; banniti seu proscripti Imperij: namque in proscriptis certæ alicujus proviuciæ sive civitatis plurimis doctis & juris Saxo: peritis Viris aliud placere animadvertimus, maximè si donatio illa mortis causa aut etiam alia quævis ultima voluntas ab illis confecta ante commissum delictum actis esset insinuata.

D 2

Deniq;

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.



255. Denique cœcum quod attinet, illum citra solennitatem *l. hac*  
*consultissima C. qui testam. facere pos.* mortis causa donare posse, ob-  
 servatâ tamen formâ à Justin. præscripta in *l. fin. C. de mort. cau.*  
 256. *don. asserimus.* Jure Saxon. mulieri sine curatoris autoritate  
 bona sua mortis causa tum extraneo (etiam sine mariti con-  
 sensu) tum ipsi quoque marito donare permittitur, exceptâ  
 gerada scilicet & quotâ illa, quæ marito beneficio legis statuti  
 aut consuetudinis debetur, nisi fortè in donationem hanc  
 257. quotæ suæ maritus consenserit, juriq̄ suo renunciarit. Quid  
 si vigore statuti mulier citra consensum duorum propinquo-  
 rum contractum inire prohibeatur, poteritnè illa hac solen-  
 nitate omissa nihilominus mortis causa donare? Utiq̄ue.  
*l. 25. pr. & §. 1. de mort. ca. don. l. 4. C. qui Test. fac. l. pen. C. eod. l. 5. §. 1. C.*  
*ad l. Iuli. Majest. arg. c. quanquam. de usur. in 6. l. fin. C. de mort. ca. don.*

XXX. Quibus mortis causa donari queat.

258. **C**æterum ijs qui Testamenti factionem nec activam nec  
 passivam habent, seu ut J.C. loquitur, quibus legari ne-  
 259. quit, his nec mortis causa donari poterit; quales sunt depor-  
 260. tati, in metallum damnati, hereticj, apostatæ, rei læsæ maje-  
 261. statis, & filij eorum, mulier infra annum luctus nubens, &c.  
*l. 9. de m. cau. donat. l. fin. C. de her. instit. l. Manichæos C. de heret. l. qui*  
*sanctum. C. de apost. l. f. C. de heret. l. 1. C. de secun. nupt.*

XXXI. Effectus mortis causa donationis.

262. **E**ffectum harum donationum quod spectat, tenendum  
 263. mortis causa donationes tam testatò quàm intestatò fa-  
 264. ctas, magis ad ultimas voluntates, quàm contractus referri,  
 265. legatisq̄ue per omnia ferè æquiparari. Sicuti enim legata mu-  
 tata voluntate revocantur & adimuntur; ita & hæ mortis cau-  
 sa donationes. Dein, sicut legata morte; ita & hæ donationes  
 secuta demùm morte confirmantur & perficiuntur. Tertiò  
 266. quemadmodum interdictum Quod legatorum contra lega-  
 267. tarium; ita & in hac mortis causa donatione adversus donatariũ  
 illud conceditur. Quartò sicuti legatum *l. Falcidiã*; ita & mor-  
 tis causa donatio illâ minuitur. Itaq̄; si ultra dodrantem mor-  
 tis causa donatum sit, heres Falcidiam detrahere potest.  
 Quintò



Quintò uti legata, sic quoque hæc mortis causa donationes in-  
sinuationem haut desiderant. Sextò tum legatorum, tum mor-  
tis causa donatarum rerum effectus est dominij translatio, si  
res donantis fuerunt propriæ (alioqui enim si res aliena offer-  
ratur, usucapiendi solùm conditio tribuitur, ut supra dictum)  
adeoque res illæ mortis causa donatæ ipso jure, licet traditæ  
non sint, morte secuta seu impleta conditione plenè in dona-  
tarium transferuntur. Denique omnes actiones legatario  
concessas, & donatario huic impleta conditione mortuoque  
donatore competere existimamus. § 1. *I. de donat. l. fin. C. de don.*  
*mort. ca. l. 15. ff. eod. l. 2. C. de mort. c. don. l. 32. ff. eod. l. 3. C. com. de legat.*

XXXII. Quomodo revocetur & extinguatur mortis causa donatio.

**E** Vanescit autè jure constituta mortis causa donatio exem-  
plo legatorum ipso jure non tantum morte donatarij, sed  
etiam conditione deficiente, seu finito periculo, cujus intuitu  
largitio facta est, donatoreque reconvallescente. Existimamus  
enim citra pœnitentiam, solâ reconvallescentia hanc dona-  
tionem ipso jure expirare, minimeque necesse esse, ut hoc ca-  
su donantis voluntas declaretur. Sed & pœnitentiâ, perinde  
uti legata, hæc donatio revocatur, nempe si quis ante condi-  
tionis existentiâ solâ nudaq; pœnitentia ductus rē donatam à  
donatario avocet, quantumvis sine herede donator ille deces-  
surus sit. Perinde autem est hoc casu sive expressa, sive tacita  
& præsumpta interveniat revocatio: quæ præsumpta revoca-  
tio intervenire censetur, si post absolutam donationem inimi-  
citiæ graves aut capitales inter donantem & donatarium exar-  
serint, sive inimicitiæ illæ culpa donantis, sive donatarij exor-  
tæ sint. Denique si qui invicem mortis causa sibi donarunt,  
pariter decesserint, neutrius heres repetet, quum neuter alte-  
ri supervixerit, uti Marcianus consuluit. Quid si ambo dona-  
tor & donatarius incendio, naufragio, peste &c. perierint,  
uter prior præsumetur decessisse, ad hoc ut subsistat aut revo-  
cetur donatio? Sanè ex Ulpiani sententia, si quidem possit ap-  
parere, quis antè spiritum posuit, expedita est quæstio: si verò  
non appareat, magis putandum est, donationem valuisse;  
adeoque ad heredes illam transire eosque obligare dicendum

D 3. est.



est. l. 26. de mort. ca. don. §. 1. In. de don. l. 1. pr. ff. eod. t. arg. l. 4. de adim. legat. l. 32. §. 14. de donati. l. 35. in fin. C. eod.

XXXIII. De donatione Reciproca seu mutua.

287. **D**onatio Reciproca est, quando uno & eodem tempore (si enim diverso fiat, utraque simplex erit) unoque contextu nullo alio actu inveniuntur res una propter aliam confestim, & sic respectu ac contemplatione alterius jam modo traditæ diserte animo mutuam celebrandi donationem traditur ac donatur, ita tamen ut æqualis utroque sit res donata: alioqui enim in eo quod exuperat, sive alterutra sive utraque etiã pro simplici habenda erit donatio. Quod si inter fratres complures ultrò citroque donetur, ut ad superstites prius defunctorum bona & hereditates perveniant; tum ab uno alterovè germanorum hanc donationem revocari aut in alium transferri non posse, multi ex nostris tradunt, eò quod fratres illi superstites ex titulo quasi oneroso jus quæsitum habere, quippe ultro citroque facta donatione, adeoque posterioribus donatarijs (quantumvis hisce rerum donatarum traditio facta esset) meritò præferendi videantur. Quorum opinio licet de jure civili defendi haut possit, quippe quo hoc pactum sive hæc donatio, quæ Reciproca inter paganos non admittitur: moribus tamen (uti paulò antè quoque meminimus) tale pactum mutuum ob familiæ splendorem conservandum valere constat, maximè inter nobiles & illustres personas sive familias initum, dummodò prævia causæ cognitione à superiore (ex certa scientia, & clausula consueta additâ) & domino feudi confirmatû sit. Et hæc talia pacta hereditaria sive potius gentilicia (Erbverbrüderung nuncupant,) quibus viri illustres inter se conveniunt, ut fratrum loco habeantur, ac una stirpe extincta ad superstites bona & territoria relicta deveniant, sæpenumerò in Imperio Romano-Germanico non solum inter Duces Saxo: & Hassiæ Landgravios, itemque Duces Saxo: & Marchiones Brandenburg: (quæ pacta non ita pridem Naumburgi renovata sunt) sed & Duces Baviariæ ac Comites Palatinos Rheni, itemque inter marchiones Brandenburg: ac Duces Pomeraniæ, ut & Duces Megapolitanos & alios, magno Reip.  
& sub.



& subditorum commodo ( quanta enim dissidia, quin & belli motus nonnunquam familia aliqua illustri extincta oriri soleant, experientia abundè testatur ) inita, ac effectum quoq; sortita accepimus. Etenim ( ut exemplum ponamus ) vi talis pacti hereditarij patrum memoriâ Comitatus Hennebergen-  
sis extinctâ familia Comitum Henneberg: ad Illustr: Saxo. Du-  
ces devolutus est. Sed & consuetudinem de conjunctione seu  
unione prolium ( die Ein-Kindschafft vocant ) non tantum in  
Germ. sed. & alijs provincijs receptam supremoq; Imperij  
tribunali comprobaram putamus defendendam: qua nempe  
id agitur, ut tum suscepti tum suscipendi diversi matrimonij  
liberi jure filiationis uniantur, dummodò ( ad instar arroga-  
tionis impuberum ) causæ cognitione accurata intervenien-  
te, nimia inæqualitate evitata, certisq; solennitatibus adhi-  
bitis, quin & præsentibus tutoribus, curatoribus, consangui-  
neis, amicis, omnibusq; quorum interest, coram Magistra-  
tu loci sive judice competente interposita illa ac ab eodem  
confirmata actisq; pub. insinuata fuerit. Namque requisitis  
hisce talibus ( quæ tamen hinc inde variant ) aliquibus defici-  
entibus, liberisvè sive primi sive secundi matrimonij nimiope-  
rè læsis, Unio illa minimè subsistet. Hisce pactis similis ferè est  
Unio illa ( die Erb-Eynigung vocant ) quæ contra latrocinia irru-  
ptiones & seditiones inter aliquos initur. Talem unionem  
olim inter regnum Bohemiæ & antiquissimam omnium in  
Imperio Domum Saxo: factam, anteq; annos aliquot reno-  
vatam accepimus. Denique ( ut hoc caput concludamus ) inter  
conjuges &c. hanc donationem Reciprocam permissam, ita  
tamen ut quâ legitimam summam excedit actis insinuetur, su-  
pra dictum est. l. 7. §. 2. de don. int. vir. arg. l. 5. C. de pact. convent.

XXXIV. De Donatione Remuneratoria.

**P**ostremò remuneratoria Donatio est, cum quis ad conte-  
standum animi sui gratitudinem disertè animo remune-  
randi ob benemerita & officia sibi actu exhibita specificèque  
expressa alicui æquivalens munus, ad mensuram nempe be-  
neficiorum acceptorum, quod judicis arbitrio æstimandum,  
largitur; puta si in præceptorem discipulus munus conferat,  
quod

293.

294.

295.

296.



297. quod ab illo in humaniorum literarum studio fideliter infor-  
matus sit. Etenim si præstita beneficia donator excedat, id  
298. quod plus donatum est, simplicis donationis loco habendum  
299. est. His consequens est, quod licet de meritis in aliquem col-  
300. latis manifestè constet, aut donatarius postea illa liquidò pro-  
bet; quin & licet generaliter donator dicat, se pro meritis do-  
nare; tamen nisi merita æquivalentia in ipsa donatione remun-  
nerandi causa facta expressim recensita fuerint, neutiquam  
301. donatio illa Remuneratoria vera, sed simplex potius nuncu-  
panda erit, nisi fortè præsumptam hoc casu subesse statuere  
cum multis viris doctis velimus. An verò donatio hæc Remu-  
neratoria insinuationem requirat, si legitimum modum ex-  
cedat, itemq; num inter conjuges, patrem & filium &c. sub-  
302. sistat, jam antè deductum. Tutor & Curator licet de bonis pu-  
pilli vel adolescentis donare nequeant; ob beneficia tamen in  
pupillum vel adolescentem collata remunerandi animo bene-  
factori à tutore aut curatore donari posse, multi sentiūt: quo-  
303. rum tamen opinio nobis minimè probanda videtur. Surdis  
304. verò & mutis casu ita factis, & multò magis vel surdis vel mutis  
tantum, eo modo, qui supra indigetatus; itemq; provinciarū  
305. Rectoribus ob beneficia ante administrationem præstita, re-  
munerandi causa donari posse asseveramus. *l. 27. l. 34. §. 1. de don.  
fina. C. ad l. Iuli. repetund.*

XXXV. Corollaria ad hanc materiam spectantia.

306. **C**oronidis loco hæc annectimus. 1. Donantem de Eviçtio-  
ne non teneri nisi stipulatione fortè eandem donatario  
adpromiserit, aut dolo malo rem alienam largitus fuerit. Ete-  
nim priori casu ex stipulatu; posteriori verò actione de dolo  
donator convenietur, uti ex sententia Labeonis Ulpianus scri-  
307. ptum reliquit. 2. Donanti beneficium competentia tribuendū  
308. asserimus. 3. Eum cujus dissuasum fraudulenter donatio impe-  
dita est, actione de dolo; eum verò qui donanti consilium dun-  
309. taxat suggestit, nullatenus teneri statuimus. 4. Donationem  
proprie nec bonæ fidei, nec stricti Juris dici posse putamus, *l.  
18. in fin. l. 12. l. 22. de donat. l. D. pius. ff. de R. iur.*

COROL-



# COROLLARIA NOMI- CO-POLITICA.

I.

**V**trum Lutherani patris filio Catholico facto, filius is ex-heredari, aut hereditas eidem in terris Statuum Aug: Confessionem amplectentibus, denegari debeat? Neg: ut & vice versa.

I I.

Nunquid status indistinctè quivis, etiam Nobiles immediatè Imperio subiecti, in feudo, (quod ab Episcopo fortè vel abbate tenent,) succedentes, religionem in terris illius feudi, pro lubitu vigore Constitutionis de pace religionis sancitæ, mutare queant? Affir.

I I I.

Vtrum Magistratui Pontificio in illis civitatibus Imp. in quibus tam reformatæ quàm Pontificiæ doctrinæ exercitium à tempore factæ Transactionis Passaviensis, & promulgatæ Constitutionis illius saluberrimæ de Pace religionis vigere cœpit, liceat Aug: Confessionis addictos ob religionis discrepantiam quovis turbare modo, urbevè eijcere. N.

I I I I.

An res illæ Ecclesiasticæ, quæ olim pravis usibus consecratæ sunt, ab heredibus eorum, qui eas reliquerunt, re-

E

vocari



vocari possint; an verò in meliores magisq; pios usus prepotenti Deo gratiores converti debeant? Posterius placet.

V.

Nùm Pontifices & Clerici à jurisdictione secularis potestatis sint omnimodò exempti? N

V I.

Vtùm Papa jure regalem dignitatem alicui in feudum dare, ac in Regem, Ducem, Comitem, Baronem, Nobilem, creare queat? N.

V I I.

An Iudæi in Republ Christianorum sint ferendi? Certis conditionibus id adseverare non ambigimus.

V I I I.

An res militaris pacis tempore etiam cum jactura rei familiaris exercenda, ne subito bello orto externo militi summam rerum committere opus habeamus? Affir.

I X.

An Vasallo non consentiente de feudo, quod post mortem eius ad dominum speratur reversurum (quod feudum de caducitate successionis vulgò *Enaden Lehen* vocant) alicui Investitura concedi possit? Affir.

Vtrùm



X.

*Vtrum ex sententia Machiavelli Magistratum in paupertate cives continere deceat, adeoq; inopes potius, quam opulentos subditos habere praestet? Posterius tuendum est.*

X I.

*Vtrum Princeps novus praedecessoris sui consiliarios dimittere debeat? Regulariter id negandum censemus.*

X I I.

*Num Consiliarius, cuius consilia sine dolo suggesta, male ceciderunt, eorum eventum praestare debeat? N.*

X I I I.

*An legatus fines mandati excedere possit? Negandum id videtur.*

X I V.

*An hoc tempore maximè utile sit leges Vestiarias renovare, aut novas promulgare? Affir.*

X V.

*Num Decima Clericorum post Concilium Lateranense in feudum de novo rectè dari possint? N.*

E 2

An



X V I.

*An concessa omnimoda iurisdictione hodiè, aut etiam  
expressim solo mero imperio concesso, regalia quoq<sup>ue</sup> veniant?  
Neg.*

X V I I.

*Vtrum regalia privativè an cumulativè concessa in  
dubio intelligantur? Prius verosimilius videtur.*

MONITI MELIORA SEQUEMUR.





Quaestiones speciatim in hoc volumine  
eventilatas.

**A**estimatio rei ex qualitate, & tractu, & parte ditionis, et post mortem remota a  
quo tempore p[ro]p[ri]et[ar]i. disp. 3. th. 1.

Actio ex stipulatione in p[ro]p[ri]etate et temporis adiectionem fiat arbitraria. disp. 3.  
th. 9.

Arbitraria an iure civili licita. disp. 32. coroll. 2.

Actio rerum amotarum contra heredes in solidum d[omi]ni. disp. 42. coroll. 3.

**C**onsensus Parentum an iure Canonico ad liberorum matrimonia  
sit necessarij. disp. 2. th. 1.

Confessione rei propria, et homicidii a se commissi ex parte iudicium facta an  
sit iudicium criminis ad sorturam sufficiens. disp. 2. th. 7.

Civitates liberae Imp[er]ij an iura Superioritatis sibi iure vendicent,  
disp. 2. coroll. 2. disp. 20. coroll. 1.

An habeant sessionem et votum in Comitibus. disp. 20. coroll. 2.

Creditum in refectorem navis, vel alterius rei gratia, an in generis  
creditorum in navis, vel alia re habeat tacitam hypothecam cum  
privilegio, an tunc singulare privilegium. Disp. 34. cor. 1.

**D**ubium an possint eandem rem in solidum possidere. disp. 3. f. 6.

**E**lectores an a se Imp[er]atore, novum Romanorum Regem  
eligere possint. disp. 3. th. 12.

**F**ur si raptus legues et patibulo interram in columnis caedat, an iure  
iura suspendatur. disp. 2. th. 12.

**F**urtum an iure manifeste inijs & tractandum. disp. 2. th. 15.



Fili legitimam hinc an ex l. Falcidia, vel sc. Trebelliano quarta  
deturere possit. disp. 3. th. 5.

Gradus an edictum ius civile, an v. Canonium computandi.  
disp. 32. coroll. a.

Heredes si qua rem alienam in Patris hereditate inventam  
titulo pro herede usurpare possit. disp. 3. th. 2. disp. 34. cor. 2.  
Hispanorum in Judio Impium an ius tam fil. disp. 31. coroll.

Judex an rem criminis absq. probabilitate et similibus indicij  
spectati criminis ad torturam abripere possit. disp. 3. th. 5.

Judex, aliquem criminis rem prehendi, et in carcerem gaudium  
bens, qua actione gremiendq. disp. 2. th. 6.

Jus auvescendi an in omni gremiione p. bali, reali, et simij, a  
locu heat. disp. 3. th. 4.

Jure aditum relinendo possessionis an cum petitorio cumulari  
possit. disp. 3. th. 1.

Judicia hinc, hinc, an sunt bona fidi, opposita doli mali  
exceptione. disp. 3. th. 8.

Jurisdiclio nun in dubio quod creatorem communicative, an v.  
privative gressa. disp. 3. th. 11.

Imperator an ante coronationem a bonis Impij fentia alium gressu  
possit. disp. 3. th. 13.



Laminis an cernis quaedam p[ro]v[er]sa inveniuntis, scopis et baculis  
insidantes p[er] angustum foramen volitent, et sic loco ad locum  
p[er] multa milliana transferantur. disp. 2. th. 11.

l. inter causas. 26. § sed cum se req[ui]r[et] et l. si mandatum.

45. §. quod mihi debebas. ff. mandat. l. eto et explicatio.  
disp. 42. coroll. 2.

M.  
Matrimonium an sit gratis. disp. 2. th. 2.

Magistratus an conveniant cives suos quotannis separatim pro  
gare, num[er]um quendam delictum admisisse sciant. disp. 2.  
th. 3.

§. si quempiam certum crimen admisisse cognovit, an in illo  
existente accusatore gratia rem[issionis] specialem inquisitionem  
adornare possit. disp. 2. th. 4.

X.  
Novella 99. ad ad corveos debendi simplicitate acceptos p[er]  
lineas. disp. 42. coroll. 1.

Principes Imperii an eandem deant potestatem in territorio suo,  
quam Imperator habet in toto Romano Imperio. disp. 7. coroll. 1.

Pontifex Romanus an habeat potestatem dandi feudum absolute  
legitimum. disp. 22. coroll. 5.

De pressalibus an in re simpliciter. disp. 3. th. 10.



5.  
Studiosus qd in casis criminalibus fuit competens sit. disp. 6. par.  
Sanguis largiter ex cadavere occisi, in presentia eius qd hoc  
micidio suspectus est, promonans, an sit sufficiens ad torturam  
signum. disp. 2. th. 9.

Sapienter iudicium probabile an sit, si femina et magis suspecta  
in frigidam aquam immersa o submersa, sed in superficie  
quae ardens vel anatis more superaret. disp. 2. th. 10.

Salvus in feudali fundo repositum ptineant vel feni  
tam directum, an v. ad vasallum. disp. 2. th. 13.

Harum nomine an fisco commodum juris Regalis postandum.  
th. 24.

Suntqz filium studium cao facti an in distributione patris  
hereditatis in collationem veniant. disp. 16. Coroll. 2.

Studiosorum privilegij an omnes gaudeant | qd Magnifico Decano  
nomina sua et professi. disp. 22. Parergo.

Servitutes an longo tempore prescribantur. disp. 39. Coroll.

Tertis iudicium an pbeat sufficiens ad torturam iudicium.  
disp. 2. th. 8.

Testamentum in quantum pextione liberarum annullatur.  
disp. 3. th. 3.

Transactio an et Parricidio fieri possit. disp. 42. Coroll. 9.



Par.  
Tho.  
ran  
recta  
ra.  
mli  
lum.  
temp  
rebo  
vllr  
icium  
266.  
4.

venio metallico in fundo feudali repta, num ptineant  
ad omni feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Ita num nomine an fisco commodum fuis Regalis p. 12.  
th. 14.  
v. f. m. s. u. n. a. n. y. an i. y. f. u. m. g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p.  
3. coroll. 4.

01 A 6525


ULB Halle 3  
002 935 813  


12

1007











CUM DEO 30  
SYNOPSIS  
DONATIONVM  
TUM IN GENERE TUM  
IN SPECIE, 35. CAPITIBUS SEU  
thematibus distincta,

QUA

*Pleraq; in materia Donationum occurrentes  
questiones controversae pertractantur,*

CLARISSIMO AC CON-  
SULTISSIMO VIRO DN. JOHANNE  
MICHAELE BEUTHERO Jcto, PRO TEM-  
pore Rectore Magnifico, Antecessore Ordinario, Codi-  
cisq; P. P. in illustri Athenæo Alsatico celeberrimo &c. Præsidente,

PUBLICÆ  
EXHIBITA ad ventilandum

ab

Andrea Franckenberger Wittebergensi.

*Mense Februario*

*In Auditorio novo.*

ARGENTORATI,  
Typis JOHANNIS CAROLI.

M. DC. XV.